



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Bavaria Sancta Maximiliani Sereniss. Principis Imperii,
Comitis Palatini Rheni, Vtrivsq. Bav. Dvcis Avspiciis**

Rader, Matthäus

Monachii, 1615

B. Marqvardvs Franciscanvs Monachii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79686)

DE B. MARQVARDO.
 B. MARQVARDVS
 FRANCISCANVS
 MONACHII.

*Ex Man. S.
 Monasterij
 S. Franc.
 Monachij
 Genz. ag.
 in Seraphi-
 ca historia*



Marquardus è S. Francisci Conuentu Sodalis, domesti-
 cis operæ negotijs addictus, longâ morborum toleran-
 tiâ exercitus eo progressus est sanctitatis, vt numen
 testis ipsius virtuti adstipularetur, cû ad sepultos ipsius
 cineres multa multorum vitia corporum emendarentur;
 aliisque tabes oculorum abstergeretur, alijs dies
 reluceret, alijs elephas tolleretur, alijs elapsi in prauum artus integra-
 rentur, & ad vsum suum conuerterentur, quemadmodum ex M. S.
 Codice discis.

*Ubi nunc est
 monumentum
 altaris, præ-
 auct.*

Eodem anno CIO. CCCXXVII. In Monaco Vrbe Bauaria obiit frater
 MARQVARDVS VVEISMALER (sic habet Cod. M. S. non Meismaler,
 sicut impressi) Ordinis Minorum, vir mira patientiæ & deuotionis. Hic cum
 multis annis esset infirmus & contractus, peruenit ad tantam perfectionem, vt
 post mortem multis miraculis coruscaret. Nam puellam cæcam illuminauit, tres
 contractos sanauit, & filium cuiusdam auri fabri de Monaco ad sepulchrum ejus
 orantem tempore beatæ memoriæ Patris Ioannis de Capistrano, ac alium quendam
 à dolore calculi totaliter sanat, deuotas personas ad ejus sepulchrum, pro suis an-
 gustijs orantes, & patrocinium ejus inuocantes consolatus est. Sepultus fuit iuxta
 altare S. Georgij in dicto Conuentu, cujus ossa de tumulo leuata sunt, anno Domi-
 ni CIO. IO. V. post ejus obitum CLXXVIII. (liber habet CLXXIII. sed aberrat
 numerus eleuatus enim esset CIO. IO.) in profesto S. Felicis Papæ & Mar-
 tyris. Cippo illius seu faxo jam rupto, hic epitaphios fuit inscriptus.

Condita MARQVARDI penes hoc altare Beati
 Ossa peregerunt mira fauente DEO.
 Ex utero cæcæ lux reddita clara puellæ est:
 Sæpius infirmis hinc quoque parta salus.
 Qui patiens, humilis, contemptus vixit & ager:
 Post sua MARQVARDVS funera tanta potest.

B. MAR-

B. MARQVARDVS E S. FRANCISCI FAMILIA.



*Patris chara tuas sensit, MARQVARDE, medelas,
Aegro portari non tibi passus opem.
Qua nobis tam longa sacras, ô DIVE, famillas
Fata sub extinctis occulere rogis?*

*Excute frigentes tacito de pulvere MANES,
Et deleta suo nomina redde loco.
Dona negant SVPERI nobis, cum vota tepescunt:
Dona ferunt SVPERI cum caluere preces.*

B. FRI.



Potes dicitur hinc sentit MARGARETAE munda
tunc potest non hinc potest opem
tunc non tam longe munda & oia fuit
tunc tunc extitit oia munda fuit
Potes dicitur hinc sentit MARGARETAE munda
tunc potest non hinc potest opem
tunc non tam longe munda & oia fuit
tunc tunc extitit oia munda fuit